Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

sempiternam, qui hec desiderat dicat cum devocione cordis amen. Et salutacio ad populum per expressionem in vulgari, ideo fit ut predicator reuerenciam se exhibeat erga populum sed cum reuerencia se exhibeat Sicut hec loquitur de sancto paulo qui epistolas scripsit Corinthiis in quibus erat verbum quod sic incipiens, dominus nobiscum etc. Sic eciam legitur de xpo qui venit ad discipulos semper prius eos salutavit antequam loqueretur dicens pax vobis. Sciendum quando eciam dici debet tunc prius fit salutacio ad populum per sacerdotem se dicens dominus vobiscum

Resumpcio thematis per expressionem in vulgari ideo fit ut predicator dicat populo principalem materiam sermonis intelligere de qua intendit facere sermonem Ex quo ex ista principali parte omnes alie materie sermonis procedunt. Et post resumpcionem thematis per expressionem in vulgari predicator convenienti modo debet ire ad quintam partem sermonis videlicet prolocucionem

prolocucio

Prolocucio nostri sermonis thematis sive ad propositum nostrum se fieri debet Carissimi hoc verbum thematis uberiori intellectui, ac pro aliquali intelligencia [illegible] sermonis [illegible] liberet de eisdem premissis verbis diligenter advertere istam pluralitatem, istam moralitatem, istud proverbium, sive istud naturale, ponatur quod thema nostrum sit de dilectione dei tunc possum capere istud naturale et dicere Carissimi naturale est omni creature suos diligere pueros quanto magis et nos debemus diligere deum. Si enim naturale est nos diligere parentes, utique a forciori istum, a quo parentes nostri et nos venimus et tandem concludere ut sic Carissimi sic sunt verba thematis nostri assumpti videlicet Dominus deus est diligendus ex toto corde et tota anima Et sic hec facta est quedam prolocucio in verbis thematis assumpti post prolocucionem continuo predicator facere debet invocacionem spiritus sancti se dicendo Carissimi de hiis verbis intendo caritati vestre loqui

Invocacio spiritus sancti fieri debet a predicatore ideo ne predicator presumptuose aliquid attemptet Ex quo divina mittat omne consilium quod a xpo non